



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispvatio XLV. De Reprobatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

facitura, minus retardetur ab illius permissione.

genitum peregrinari, aut ad bellum proficisci, vel alium periculosum vitæ statum suscipere, non quidem directè volens ut hæc ei pericula adveniant; nec etiam eo animo, ut secundò-genitus fiat hæres; sed videns illud bonum ex morte natu majoris proventurum, minus retardatur à permittendo ipsum adire militiam, quasi sublato impedimento, alioqui id non permissurus.

VI. Quo sensu dicant Patres Deum permittere homines labi, ut casiores resurgant, &c.

Hoc modo commodissimè explicantur Patres, dum asserunt Deum permittere homines labi, ut cautions resurgant, ut humilitatem & alios fructus ex peccato percipiant; ut justitiam suam ostendat; & misericordiam in electos. Hoc etiam sensu explicantur loca quædam S. Augustini, ut de gratiâ & lib. arbit. dum dicit Deum permisisse Semei maledicere David, ut probaret humilitatem ejus: item usum esse Juda ad opus nostræ redemptionis &c. videndo scilicet bona inde proventura, minus ab his permittendis retardabatur. Hoc, inquam mo-

do isthæc commodè explicantur; de permissione enim antecedente, sine maximis incommodis explicari nequeunt, ut vidimus sectione præcedente.

Infero tandem contra P. Vasquez hic, disp. 93. cap. 2. non posse Deum antecedenter permittere peccatum, ad ostendendum divitias gratiæ suæ erga electos. Ratio est: si enim Deus ex hoc sine antecedenter permittat peccata in reprobis, eadem sequuntur incommoda, quæ jam adducta sunt contra permissionem peccati ex affectu penitentia, humilitatis, &c. cum singularis hic favor cognosci debeat comparativè ad peccata, & damnationem reprobiorum: ergo si hanc comparativam cognitionem intendat Deus; intendere etiam debet peccatum, cum permissio peccati ad hoc non conducat, nisi in quantum conjunctum sibi habet peccatum: ut vidimus sectione præcedente, numero quinto.

VII. Nequit Deus permittere peccatum ad ostendam misericordiam erga electos.

DISPUTATIO XLV.

De Reprobatione.

REPROBATIO, licet quamcumque rejectionem nonnunquam significet, vis tamen vocis, prout in Scholis usurpatur, ad rejectionem tantum à gloria restringitur, ac proinde non Prædestinationi in omni suâ latitudine sumptæ (sic enim, ut diximus, totam seriem beneficiorum, à prima vocatione usque ad beatitudinem complectitur) sed prout dicit tantum electionem ad gloriam, opponitur: reprobatio enim, quæ talis opponitur formaliter approbationi: approbatio autem est judicium de dignitate vitæ æternæ simul cum voluntate eam conferendi; ergo e contra Reprobatio formaliter erit judicium de indignitate vitæ æternæ, simul cum voluntate aliquem ideo ab illâ rejiciendi.

Quid reprobationis nomine intelligatur.

SECTIO PRIMA.

Discutiuntur quædam circa naturam Reprobationis: Vti an Deus antecedenter aliquos reprobet.

I. Abus Reprobationis in Deo reperitur.

INVENIRI in Deo Reprobationem, nemini dubium esse potest, cum ad rectam Universi administrationem, prudentisque moderatoris æquitatem, non minus spectet, malis pœnam, quam bonis præmia decernere: alioqui, ut cum S. Thomâ hic, quaest. 23. art. 3. docent Theologi, manca esset ejus providentia.

II. Dicunt aliqui Deum quosdam à gloria privare & antecedenter reprobare.

Circa Reprobationem variæ sunt sententiæ. Nostri temporis Sectarii, ut videre licet apud Tannerum hic, Disp. 3. quaest. 7. Bellarminum lib. 2. de Amis. gratiæ, cap. 3. Becanum hic, cap. 16. quaest. 1. Herice r. p. Disp. 33. cap. 3. n. 17. & alios, Deum asserunt merè ex suâ voluntate, & antecedenter planè ad ullam causam datam, aut pravissimam ex parte hominum, seu creaturæ rationalis, nonnullos facere vasa iræ, & contumeliæ, & à vita æterna reprobare.

III.

Secundò Thomistæ aliqui, ut Alvarez, Ban-

nez, Navarete, & alii affirmant Deum voluntate antecedente, & ante ullius peccati prævisionem, quosdam positivè excludere à beatitudine. In hoc tamen à priore sententiâ differunt, quòd hi solùm dicant Deum quosdam hoc modo reprobare à gloriâ: hæretici verò ulterius asserbant Deum ad ostendam justitiam suam vindicativam, eosdem antecedenter adjudicare suppliciis æternis.

Secundò sententiæ affirmati præcedenti.

Ab hac sententiâ non multùm dissidet P. Grnado 1. part. tract. 6. disp. 2. num. 10. & tract. 8. disp. unicâ, sect. 2. num. 7. ubi docet Deum ad ostendam justitiam suam vindicativam, & declarationem eximie suæ bonitatis ac misericordiæ in electos, ante ulla mala opera absolutè, sed solùm conditionatè prævisâ, positivè & efficaciter decrevisse damnare hos homines. Imò Disp. illâ unicâ sect. 2. num. 15. ait Deum absolutè statuissè Judam damnare, antequam haberet efficacem voluntatem eum creandi, vel saltem concomitanter, & in eodem signo utrinque fecissè: sicque ait reprobationis, seu voluntatis absolute damnandi homines, nullam dari ex parte nostrâ causam.

IV. Peculiaris Patris Grnado circa reprobationem opinio.

Quod P. Grnado ad hæc incendum viâ impulit, est opinio illa quâ, ut supra vidimus Disp. 32. dicebat Deum teneri facere scemper optimum: unde, inquit, cum melius sit aliquos damnari,

V. Quid Patris Grnado in hanc sententiam impulerit.

damnari, ut attributum iustitiæ vindicativæ perfectius omnibus innotescat, Deus optimè facit quosdam hoc modo ad supplicium destinando. Quare etiam in statu innocentie aliquos asserit reprobandos; melius est enim, inquit, aliquos damnari ut Dei iustitia demonstraretur; Deus verò secundum ipsum, ut vidimus, ad id tenetur, quod est melius. Inò, ut refert Arriaga hic, Disp. 39. sect. 2. num. 11. docet ulterius Granado, reprobos, etiam quando sunt in gratiâ, recitantes Orationem Dominicam, per illa verba *Fiat voluntas tua*; petere, ut è gratiâ in peccatum cadere permittantur, quia hæc est voluntas Dei; ea autem petere & velle licitum est, quæ Deus efficaciter intendit. Hæc ille.

Reprobi, quo pacto iuxta ipsum recitent Orationem Dominicam.

vit voluntatis male vitio discessuros: ergo secundum S. Fulgentium decretum reprobationis non antecedit peccatum absolute prævisum, hoc enim denotat vox illa *præscivit*: quod magis declarabitur infra, num. octavo.

Ratio denique est, quam supra num. primo insinuavi: Deus enim non vult mortem peccatoris, ergo antecedenter eum à gloriâ nunquam excludit; cum enim hæc exclusio sit vera mors, utpote privans vitâ, & quidem æternâ, aut saltem mortem infallibiliter inferat, si Deus antecedenter, etiam ineffaciter, sincere velit ut quis non moriatur, non potest simul antecedenter velle ejus mortem.

Interdum quidem circa eandem rem habere quis simul potest voluntatem efficacem, & inefficacem, ut cum in tempestate vult efficaciter merces projicere in mare, quas tamen vellet non projicere, sed voluntate inefficace cupit eas conservare, sub conditione nimirum, si scilicet non esset tempesta: hoc, inquam, quamvis ita sit, diversissima tamen est illic ratio à præsentis casu; ibi enim invitat ad merces projiciendas fertur, & ab aliquo extrinseco coactus: Deus verò à nullo extrinseco cogitur, aut cogi potest, sed ex se vult antecedenter & ineffaciter hominem illum salvum facere; ergo antecedenter & merè ex se, ac nullo alio interveniente, non potest velle efficaciter eum damnare. Sicut in humanis, licet iudex quispiam possit velle quantum est ex se aliquem à morte liberare, & nihilo minus velle cum, ob facinus aliquod admissum, capite damnare, at verò ex se velle eum liberare, & ex se similiter eundem velle damnare, planè est impossibile.

Hæc ratio, quamvis præcipuè urgeat contra duas primas sententias, maximam tamen etiam vim habet contra opinionem Patris Granado; peccata enim conditionatè solum prævisa, perinde quoad hunc effectum sunt, ac nulla.

Obijcies locum illum Apostoli ad Romanos 9. v. 21. *An non habet potestatem figulus lutis, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam &c.* Respondetur cum Bellarmino lib. 2. de amiss. gratiæ, cap. 14. Stapletonio in ep. ad Roman. cap. 9. & aliis, intelligendum esse Deum istud facere permissivè, nempe non imperitendo uberem misericordiam, ut loquitur S. Augustinus. Apostolus itaque arguit à majore, positivo scilicet modo procedendi in figulo, ad permissivum modum quo agit Deus. Alia ergo ratione non facit Deus quosdam vasa iræ, aut contumeliæ, nisi consequenter: cum enim ipsi se prius vasa iræ & contumeliæ fecerint peccando, Deus, visis eorum peccatis, facit eos vasa iræ & contumeliæ puniendo, & à beatitudine excludendo. Hoc etiam modo, non alio, ut supra diximus, nempe consequenter, vult Deus ostendere suam iustitiam.

Hæc omnia confirmantur auctoritate S. Fulgentii, supra num. 3. allatâ, ubi ait Deum eos ad penam & supplicium destinasse, quos præscivit in peccata, voluntatis male vitio, esse lapsuros: necessariò autem loqui debet de præscientiâ peccatorum absolutâ, per scientiam siquidem conditionatam æqualiter omnes, & à Deo recessuri videntur, & ad eum reversuri: Deus quippe novit, si dedisset Petro, qui salvatur, non hæc, sed alia multa auxilia, quæ non dedit, fore ut Deo vocanti non responderet, & consequenter non fuisset salvandum: e contra verò de Paulo reprobo novit, si habuisset multa auxilia, quæ non habuit, eum bene iis fuisset usurum, & consecuturum salutem.

SECTIO SECUNDA.

His sententiis rejeclis, ostenditur Deum neminem reprobare, nisi peccatis prævisis.

I. HÆ omnes sententiæ planè sunt rejiciendæ. Probatur primò ex variis Scripturæ, Conciliorum, & Patrum testimoniis, quæ afferuntur à Suarez hic, lib. 5. de Reprobatione, cap. 3. Hærice 1. p. Disp. 33. cap. 3. & aliis. Ezechielis ergo 18. v. 23. dicitur: *Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus.* Osee item 13. perditio nostra dicitur esse à nobis. At sanè, si Deus antecedenter vult aliquos perire, & nullâ, ex parte eorum datâ causâ, ut hi asserunt, certè voluntatis Dei esset illorum mors, utpote in quam, tanquam in causam refunderetur. Deinde quomodo verum erit, quod toties ad hominum solatium in Scripturis ingerit Deus, se non nisi invitum homines damnare, & à beatitudine rejicere, si ex se, & nullâ ab ipsis præbitâ causâ, æternam eorum damnationem velit, & exclusionem à gloriâ.

Scriptura docet causam reprobationis non esse à Deo.

II. Ad hoc ipsum probandum clarè facit auctoritas Concilii Valentini, Arausici, & Tridentini, à Suario & aliis adducta. Concilium itaque Valentinum sub Lothario, capite tertio, sic habet: *Fidenter satemur Prædestinationem electorum ad vitam, & Prædestinationem impiorum ad mortem; in electione tamen salvandorum misericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione periturorum meritum malum præcedere justum judicium Dei.* Concilium item Tridentinum sel. 6. cap. 17. cum Arausico secundo, anathema dicit ei, qui affirmat aliquos divinâ potestate prædestinatos esse ad malum.

III. Multi etiam in hac veritate confirmandâ sunt Sancti Patres. Primò S. Prosper respondens ad objectionem tertiam Vincentianam, quæ erat de hac ipsâ re, seu causâ reprobationis, hæc habet: *Vt nascentur homines, Conditoris est beneficium; ut autem pereant, prævaricatoris est meritum.* S. etiam Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 26. cum sermo incidisset de vasis iræ, sic loquitur: *Quæso Monime charissime, hunc locum Apostoli diligenter attende; notum nanque est Dei iram dici non posse, nisi ubi creditur hominis iniquitas præcessisse.* Sanctus etiam Augustinus variis locis expressè asserit prædestinationem ad vitam esse ex misericordiâ, reprobationem verò, ex judicio. Unde lib. 11. de Genesi ad litteram, cap. 11. & alibi dicit, *Deum non prius esse ultorem, quam homo in peccato sit.* Præterea S. Fulgentius citatus, cap. 24. loquens de reprobis: *Prædestinavit, inquit, illos ad supplicium, quos à se præscivit*

Deus à beatitudine nūquam excludit, nisi ubi præcessit iniquitas.

IV.

Reprobatio antecedens non potest esse nisi voluntas salvandi.

V.

Quo pacto potest quis circa eandem rem habere simul voluntatem efficacem & inefficacem.

Res hæc declaratur exemplis iudicis in reatu.

VI.

Peccata conditionatè tantum prævisa sunt ac nulla.

VII.

Deus scilicet dicit Apostolus Deum facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam.

Deus nulli facit vasa iræ, nisi consequenter.

VIII.

Deus nemini, nisi præscivisset absolute peccata, ad penam destinavit.

In scientiâ conditionatâ omnes sunt æquales.

SECTIO TERTIA.

Proponitur, & rejicitur sententia de Reprobatione negativa.

I. Quidā duplicem distinguunt reprobationem, positivam & negativam.

Quid dicat reprobatio negativa.

II. Ostenditur reprobationem hanc negativam admittendam in Deo non esse.

III. Non satis digne de Dei bonitate loquitur sententia de reprobatione negativa.

IV. Prævisis peccata Deum ad reprobationem determinant.

Quadam ad hoc probantur Patrum testimonia.

V. Series signorum Prædestinationis, & Reprobationis.

QUARTO itaque alii duplicem distinguunt reprobationem, positivam & negativam. Illa, inquiunt, est voluntas aliquos directè à gloriâ excludendi; istam verò aiunt non dari in Deo ante prævisa demerita. Præter hanc autem ponunt reprobationem negativam, quam esse dicunt voluntatem, non quidem positivè excludendi, sed non eligendi ad regnum, seu quòd pro illo priori, quando decrevit gloriâ prædestinatis, Deus negativè se habuerit circa reliquos, gloriâ scilicet iis non decernendo; hæc autem, inquiunt, est reprobatio eorum negativa, cum nullus sit salvandus, qui in priori illo decreto inclusus non fuerit: ita Suarez hic lib. 5. cap. 5. Bellarm. lib. 2. de gratiâ & libero arbit. cap. 16. Tannerus 1. p. d. 3. q. 7. dub. 3. & alii.

At, minus dignè sentire videtur hæc sententia de misericordiâ & bonitate divinâ, minusque illam deprimat; ponit namque in Deo antecedenter decretum aliquod, quo statuit hos non eligere pro illo priori ad vitam; vel saltem negationem in eo collocant hi auctores decreto huic virtualiter æquivalentem, quorum alterutro posito, certissimum est eos nunquam consecuturos salutem, esto physicè eam consequi possint, quod sanè nimis durum videtur, præsertim cum Scripturæ semper clament, Deum amare animas, nolle mortem peccatoris &c.

Ut ergo pro dignitate de tantâ bonitate sentiat quis & loquatur, dicere debet, ad quamcumque exclusionem à beatitudine æternâ, Deum non nisi consequenter & invitum descendere, seu à peccatis & sceleribus hominum coactum. Deinde ex hujusmodi decreto vel negatione antecedente, homines à prosequendâ salute valde deterrentur, cum ante omnia opera, ex merâ Dei voluntate jam de se actum existiment.

Cum itaque dignissimus de summâ illâ misericordiâ & clementiâ loquendi modus sit, ut asseramus Deum nullo modo quemquam, nisi prævisis peccatis reprobare, existimo hoc absolute esse dicendum. Hoc etiam testantur Patres, sectione præcedente num. 2. & 3. allati: quorum testimoniis illic adductis addo aliud S. Prosperi, libro illo ad capitula Gallorum cap. 3. Quod ergo, inquit, hujusmodi prolapsi, in hoc malo sine correctione penitentia defecerunt, non necessitatem pereundi habuerunt, quia prædestinati non sunt, sed ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntariâ prævaricatione præcisi sunt. Tandem, ut alios omittam, ad hoc ipsum facit dictum illud S. Augustini supra, d. 40. allatum: is ergo lib. 1. ad Simplicianum clarissimè hoc ipsum tradit: Noluit, inquit, Esau, & non cucurrit: sed & si voluisset, & cucurrisset, Dei adjutorio pervenisset, nisi vocatione contemptâ, fieret reprobis. Videatur Vasquez hic, disp. 95. cap. 5. ubi plura in hanc rem Patrum testimonia adducit.

Hic proinde operæpretium erit seriem signorum texere, quibus Deus hoc prædestinationis, & consequenter reprobationis negotium perficit. In primo itaque signo Deus multos videt homines possibiles, auxilia item varia, & actus similiter possibiles, quibus vel bene vel malè operari possint, & salutem consequi aut damnari. In secundo signo novit per scientiam conditionatam quid in hac vel

illâ rerum peritasti sint facturi homines, si talia aut talia iis dentur auxilia, utrum scilicet bene an malè acturi sint, & auxiliis consensuri an dissensuri. In tertio signo hæc determinatè dare auxilia statuit. In quarto videt absolute hos consensuros, dissensuros illos, & finaliter vel in bono vel malo permanentes. Tum demum bonorum vel malorum meritorum intuitu, illis præmia, his pœnas decernit.

Non rectè ergo P. Tannerus hic, disp. 3. q. 7. dub. 1. affirmat omnes admittere reprobationem aliquam negativam: qui enim prædestinationem negant ante prævisa merita, reprobationem similiter negant ante prævisa demerita. Imò ne quidem à gratiâ congruâ datur in Deo hujusmodi reprobatio negativa antecedens, sed merè consequens, quia scilicet homo, cum posset, noluit eam redere congruam: nec enim Deus dat gratiam quia est incongrua, sed quantum est ex se optans ut sit congrua. Addo credibile esse, Deum, quando de lege ordinariâ potest secundum præsentem rerum circumstantias dare gratiam congruam, illam semper dare; hoc enim summa ejus benignitas, hoc sincerus in nos affectus suadet, ac vehemens salutis nostræ desiderium.

In quinto tantum signum Deum prædestinat, an reprobat.

VI. Qui prædestinationem negant ante merita, reprobationem negant ante demerita.

Deus semper paratus est dare gratiam congruam.

SECTIO QUARTA.

Alia nonnulla inferuntur circa reprobationem.

EX dictis infero primò, ne quidem parvulos, qui sine baptismo ex hac vitâ decedunt, excludi à beatitudine per reprobationem hujusmodi negativam, nec nisi post peccatum originale, in cuius etiam remedium baptismum iis providit, quamvis secundum cursum rerum naturalium, quem Deus sine miraculo intervertere non potest, nequeat iis semper applicari: de quo fusè supra, disp. 38. sect. septimâ.

Infero secundò, in adultis peccatum originale non esse universam causam reprobationis. Ratio est: licet enim si non tollatur ante mortem, sit simul cum aliis peccatis causa cur homo excludatur à beatitudine, multi tamen post remissum peccatum originale damnantur, ergo illud universum non est causa reprobationis.

Verum quidem est lato quodam modo, & remotè posse hominum damnationem jam refundi in peccatum originale, tanquam in radicem, quantum scilicet destructo innocentia statu, & turbato per peccatum primi parentis, & originale, ordine universi, sit ut homines Deo vocanti, frequenter non respondeant, sicque gratiam non reddant congruam, & hoc pacto finaliter in peccato permaneant, & damnentur: quo sensu S. Augustinus epist. 35. obdurationem, & derelictionem refundit in peccatum originale.

Infero tertio, non solum peccatum Adæ, de quo jam dictum est, sed particularia etiam hominum peccata, interdum esse remotè causam aliquo modo, seu occasionem reprobationis: Deus enim nonnunquam unum peccatum hoc sensu punit per aliud, in pœnam nimirum gravis alicujus peccati præteriti (etiam remissi, ut quidam putant) negat subinde uberem illam gratiam, & peculiares favores, quos aliàs esset daturus, quibus destituti homines, denuo labuntur, & in peccato sæpe ad finem usque vitæ persistunt.

E. I. Ne quidem circa parvulos datus reprobatio negativa.

II. Peccatum originale in adultis non est universam causam reprobationis.

III. Lato quodam modo dici potest peccatum originale causam reprobationis.

IV. Quo sensu unum peccatum sit interdum pœna alterius.